



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

2. Hæreditas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

7. Mulier coram parcho suæ parochiæ nubens viro, ad cuius parochiam trāstulit se statim, si matrimonium fuit nullam, iam parochus prior fœminæ non potest assistere, vt iteretur matrimonium, *lib. 3. disputat. 23. numer. 15.*

8. Alienigena se transferens in aliquam diœcesim animo habitandi perpetuò, & cœpit habitare eo animo, quamuis statim mutet illum animum, potest ab Episcopo ordinari, & potest Episcopus agere omnia erga illum, sicut erga alios subditos, *lib. 3. disp. 23. nu. 16.*

9. Virtute Bullæ Cruciatæ, vel priuilegiorum religiosorum, licet ministrare Euchariſtiam in die Paschatis aduentis, vagis, & peregrinis breui spatio habitantibus in aliqua parochia. Nec hi tenentur ad Ecclesiam matricem confluere, *lib. 3. disp. 23. nu. 17.*

10. Mercenarij ad breue tempus locantes operas, vt ad fodiendum, & c. carêtes parochiâ, vel distantes ab ea, possunt virtute bullæ, vel priuilegij religiosorum recipere Euchariſtiâ in Paschate; quia non acquirunt heri parochiam, *lib. 3. disp. 23. n. 18.* Item habitatio absolute relicta vxori, perditur & extinguitur eâ secundo nubente, *lib. 7. disp. 91. nu. 50.*

*Hæreditas.*

1. Filia solùm, & non filius, siue vidua, siue filia familias, siue habitet in domo parentum, siue non, contrahens clàm absque cōsensu patris, potest exhæredari, quamuis dignè nubat.

L

Secus

Secus dicendum, si est maior 25. annis, vel si adfuit consensus paternus, vel quando parentes pessimè erga filias se habent, differendo matrimonium malitiosè. Vel si ante consummationem ingrediatur religionem. Vel quando matrimonium clandestinum fuit nullum. Et est pœna hæc imposita à lege valida in iure canonico, *lib. 3. totâ disp. 47.*

2 Hæreditas, quando alicui aufertur, & vocantur hæredes ab intestato, amittitur in foro conscientia ante iudicis sententiam, *li. 7. disp. 87. no. 8.*

#### Hæresis.

1 Hæresis de iure naturali est causa diuortij, dum non respiscitur. Et tenetur catholicus diuerrere, & potest autoritate propria sine restitutione hæretico, & vt recedat, non sufficit vnus, vel alter actus hæresis, si coniux peraratus sit corrigi. Secus, si correctione refugit. Et si respiscat ante sententiam tenetur catholicus illum admittere; secus, si post sententiam & separationem factam iudicio Ecclesie, non teneatur vlllo modo admittere hæreticum. Et non requiritur specialis sententia diuortij, & tunc licitus est transitus catholici ad religionem, vel ad ordines sacros, manente hæretico in sæculo sine voto. Secus dicendum de hæretico, sine licentia catholici, quæ sola sufficit. Item habita copula ante sententiam à catholico cum hæretico post notitiam hæresis, nullo